

Vlicz et vinee ibidem annexis a progenitoribus nostris felicis recordacionis predicto monasterio cum omnibus iudiciis eciam capitalibus in remedium animarum suarum donatis et apropiatis, abbate videlicet suis privilegiis super hiis datis firmissime inherente, prefato vero Sifrido cottidiano usui pro iure suo indesinenter insistente. Que causa dum  
 5 duris discrepacionibus hinc inde verteretur et plus inimiciarum quam pacis fomitem ministraret, tandem partibus voluntarie consencientibus ad dictamen nostrum est devoluta omni retractacione et suspicione semota. Nos itaque parti utrique, quod conveniens fuerit, dictare volentes montem predictum a superiore parte ad meridiem, ubi bona memorati monasterii principia sorciuntur, et sic directe per montem usque ad inferius, ubi bona  
 10 prescripti monasterii deficiunt, ante dicto monasterio cum omnibus iure, iudicio et proprietate, quibuscunque appellantur, adiudicamus. Huius rei testes sunt: Albertus prefectus de Donin. Otto prefectus de Dewin et Vlicus notarius noster. Et hanc litteram nostro sigillo fecimus insigniri in presencia plurimorum. Acta sunt hec anno domini M. ccc. xxvii., XII. kal. septembris in castro nostro Misnensi.

(S.)

## 389.

*Kaiser Friedrich II. nimmt die vier Cisterzienserklöster in Niederösterreich: Heiligenkreuz, Lilienfeld, Zwettl und Baumgartenberg in seinen Schutz. — Zeuge: Landgraf Ludwig. Melf, 1227 Aug.*

*Hilschr.: Or. Perg. Archiv des Cisterzienserstifts Heiligenkreuz in Wien. Das gut erhaltene S., an rothen Seidenfäden, = Heffner VI. 47.*

*Gedr.: Fontes rer. Austr. 11, 67. — Böhmer-Ficker 1701.*

— — Huius rei testes sunt hii: Ekibertus Babinbergensis episcopus. Siffridus Ratisponensis episcopus. Lodoycus langravius Tyringie. Renaldus dux Spoleti, Tuscie legatus. Hermannus et Lodoicus comites de Froburc. Siffridus de Runkel et alii  
 25 quam plures.

:Signum domini nostri Friderici secundi dei gracia illustrissimi Romanorum imperatoris (M.) semper augusti, Ierusalem et Sicilie regis.:

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo septimo, mense augusti, quinte decime indictionis, regnante domino nostro Friderico  
 30 secundo dei gracia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, imperii eius anno septimo, regni Ierusalem secundo, regni vero Sicilie tricesimo; feliciter amen; datum Melfie anno, mense et indictione prescriptis.

(S.)